Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Con

Fres. Arbitramur enim iustificari hominem fide sine operibus legis, an iudeorum deus tantum? Nonne et gentium? Imo et gentium. Quoniam quidem unus deus qui iustificat circumcisionem ex fide, et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed legem statuimus? Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit abraham deo, et reputatum est illi ad iustitiam. Et autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et vero qui non operatur credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.

Sequentia s. Venit ad S. Iucam. Iesus vir autem nomine iairus. et ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes iesu rogans eum ut intraret domum eius quia filia vnica erat illi fere annorum duodecim. et hec morebatur. Et contigit dum iteretur turbis comprimebant. Et mulier quedam que erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim que in medicis erogauerat omne suum substantiam suam. nec ab vllo potuit curari. Accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. et continuo stetit fluxus sanguinis eius. Et ait illis. Quis est qui me tetigit. Negantibus autem omnibus dixit petrus. et qui cum illo erant. Praeceptor turbe te comprimunt et affligunt. et dicis quis me tetigit. Et dixit illis. Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit eum. tremens venit et procidit ante pedes illius. et ob quam causam tetigerat eum indicauit coram omni plebe. et quemadmodum continuo sanata sit. At ipse dixit illi. Filia fides tua te saluam fecit. vade in pace. Adhuc illo loquente. venit quidam ad principem synagoge dicens ei. Quia mortua est filia tua: noli vocare illum. Iesus autem audito hoc verbo ait principi puelle. Noli timere. crede tantum et salua erit. Et cum venisset ad domum: non permisit secum intrare quemquam nisi petrum et iacobum et ioannem et patrem et matrem puelle. Flebant autem omnes et plangebant eam. At ille dixit. Nolite flere. Non est mortua puella: sed dormit. Et irridebant eum scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius et surrexit continuo. et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius. Quibus precepit ne alicui dicerent. quod factum fuerat. Dominica Tertia.

3
111